doctrinę uocem, nullum prophetiae commonitionis sermonem, nul
la sacerdotum aut pastorum solatia capientes; Sic enim ipsi dicunt quia non
est in hoc tempore princeps, neque propheta neque dux, neque locus ad sacrifican
dum in conspectu di ad inueniendam misericordiam; Sed et hoc accessit eis ad difficulta
tem rerum ut intra aulam regiam tenerentur, et essent quasi in medium pelagus ab
ducti ubi tempestates et turbines et procellę et inmanium fluctuum ruinę, sine
gubernatore, sine nautis, sine uelo et remis nauigaturi pelagus inmensum; et tam
quia erat insita mentibus eorum diuina philosophia et praesentium rerum sciebant
contemptui habendas esse caducas fragilesque potentias, dc tum idem calcanda
esse iactantiam, pennisque fidei subnixi uolare nouerant ad caelestia aulā
regiā uelut ergastuli squalore ducebant, et rex quidem iubet eos mensae suae
participes fieri mensae illius affluentis, et tumidae et inmunditiis atque execra
tionibus plenę; Sed ipsis haec abhominatio erant non honori, tamquam agni
inter lupos positi uidebantur; quod autem moriendum sibi fame ferroque esset
ut escis quae execrabantur uescendum; quid ergo faciunt aduliscentuli? quid
aetas et asinimātura? quid captiua conditio? Non dicunt quia necessitas nostra
non latet dm̄. quod sub tyranno positi sumus, quod in captiuitatem, quod in ser
uitutem retinemur, non possumus absistere crudelibus dominis, superbisque
uictoribus; nihil horum meditati sunt, sed intenderunt animo ne peccarent
do, ne facerent quod fieri non licebat; erant igitur eis cuncta quae extrin
secus sunt aduersa et contraria; neque enim captiuis et nudis erant pe
cuniae quibus laenire possent imperantium ferocitatem, nec amicitiae
ulla fiducia ut pute peregrinis, neque potentia aliqua ut pute seruis, neque
multitudine obtinere poterant, tres enim soli erant; quid ergo faciunt,
quod solum in potestate habere uidebantur, uerbis praecantur eunuchum
qui super eos acceperat potestatem, sed et ipsum inueniunt metuentem. et pro
salute sua trepidum ne forte si poscentibus eis praestare gratiam uoluisset,
suum caput traderet morti; et ait timeo ego dominum meum regem ne
forte uideat uultus uestros tristes prae ceteris pueris et coaetaneis uestris,
et condemnet caput meum in mortem; At illi sapientibus responsis adimunt
ab eo omnem timorem, et praestare gratiam suadent; Cumque ipsi omnia
quae in se erant et in potestate sua fecissent, adest continuo et iam dei, et quae in pro
sunt ipsi iam complet; non ergo solius di est opus istud, sed initium datum est
ex proposito ipsorum, Ipsi enim posuerunt in corde suo ne gustarent de inlici

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0313